θεοφιλέστερος τοῦ εὐδαιμονεστάτου; quae ſophiſta aliquis ex modeſtis illis et ſimplicitate ipſa magnificis imitatione inepta expreſſiſſe et in maius vano conatu extollere voluiſſe videtur. Iudicent qui ſenſum harum rerum a natura ingenitum habent.

In reliquis, vbi ſaepe verbotenus conuenit inter vtrumque ſcriptum, lacunae tamen multae apparent vtrinque, mutua comparatione reſarciendae. Quae emendatio quomodo mihi videatur inſtituenda, quo melius et verba et ſententiae conſtent, docere conatus ſum ſpecimine hic ſubiuncto, quod qui accurate perlegerit, et cum vtroque ſcripto comparauerit, daturum mihi eſſe ſpero, multo ita rectius et ad ſenſum magniloquentiae Socraticae animis lectorum clarius atque altius imprimendum et quaſi defigendum ſcriptorem locuturum fuiſſe, quam vt nunc in vtroque libro Socratis oratio edita legitur. Breuiter vt dicam, mihi videtur Apologia olim partem feciſſe extremam Memorabilium, et neſcio quo caſu inde fuiſſe diuulſa et a grammaticis multis in locis interpolata et mutilata. Veſtigia iuncturarum, vbi ſingula vtrinque fragmenta coagmentata haeſerint olim, interdum tam obſcura apparent, vt deſperem poſſe a me vtrumque ſcriptum ita coniungi et reconcinnari, vt idem vbique orationis tenor et color conſpiciatur. En tibi ipſum Specimen:

Ἄξιον δέ μοι δοκεῖ εἶναι μεμνῆσθαι καὶ ὡς, ἐπειδὴ ἐκλήθη εἰς τὴν δίκην, ἐβουλεύσατο περί τε τῆς ἀπολογίας καὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βίου. Γεγράφασι μὲν περὶ τούτου καὶ ἄλλοι, καὶ πάντες ἔτυχον τῆς μεγαληγορίας αὐτοῦ· ᾧ καὶ δῆλον, ὅτι τῷ ὄντι οὕτως ἐῤῥήθη ὑπὸ Σωκράτους. ἀλλ᾽ ὅτι ἤδη ἑαυτῷ ἡγεῖτο αἱρετώτερον εἶναι τοῦ βίου θάνατον, τοῦτο οὐ διεσαφήνισαν· ὥστε ἀφρονεστέρα αὐτοῦ φαίνεται εἶναι ἡ μεγαληγορία. Ερμογένης μέντοι ὁ Ἱππονίκου ἑταῖρός τε ἦν αὐτῷ, καὶ ἐξήγγειλε περὶ αὐτοῦ τοιαῦτα, ὥστε πρέπουσαν φαίνεσθαι τὴν μεγαληγορίαν αὐτοῦ τῇ διανοίᾳ. Ἔφη γὰρ, ἤδη Μελίτου γεγραμμένου αὐτὸν τὴν γραφὴν, αὐτὸς ἀκούων a) αὐτοῦ περὶ πάντων μᾶλλον διαλεγομένου ἢ περὶ τῆς δίκης εἰπεῖν. Οὔκουν ἐχρῆν σε σκοπεῖν, b) ὦ Σώκρατες,

a) Apol. ὁρῶν αὐτὸν περὶ π. μ. διαλεγόμενον — εἰπεῖν. Rectius quidem εἰπεῖν quam λέγειν, deinde περὶ πάντων quam πάντα. ſed peius ὁρῶν διαλεγόμενον.

b) Apolog. οὐκ ἐχρῆν μέντοι σκ.

Sed